



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

5 Vtrum sit necessarium ad salutem credere aliqua explicite.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

de genere humano secundum ipsius communitatem, sic dicitur quod ratio naturalis sufficit ad haec. Distributum quippe est ut in contemplatione sapientiae, illi ad agriculturam, alii ad alia naturae finem, ut in humano generi ratio sufficit ad hoc, quod sapientia, ceteraque adfuit, quamuis non omnia finitulis. Et quoniam auctor de cognitione diuinorum necessarium humani generi fecundum singulos loquebatur, quia singuli singulari laborant, uel damnantur sunt: ideo iterum dixit, quod ratio naturalis humano generi, non sufficit ad cognitionem diuinorum scilicet. Et ideo eorum files non sapientia, sed necessaria est ualde multis.

¶ Super quibus sermo de articulo quinto.

In articulo secundo quod aduerbium est diligenter. Primo, quod auctor aliquot obiectum per se fidei, obiecto beatifico: ita quod, quae praecepta huius creduntur, sunt illa quae in patria uisuros speramus. Et in articulo 6. quod dictum est ex apostolo. Fides est sperandum lubellianum.

¶ Nonandum est secundum, quod dicitur principaliter credere, quod est obiectum fidei, ut patet in hoc articulo.

¶ Ex quo fito tercio, quod nascitur dubium, quod pacto haec possint esse formalia. Nam obiectum beatificum est solus Deus, trinitas, & unus. Et consequenter mysterium incarnationis, sicut extra obiectum beatificum, ita est extra obiectum fidei: ac per hoc ex hac ratione non est de explicito credendis, nec de pertinentibus ad actum beatificum, & hinc haereticorum.

¶ Ad hoc dicitur, quod tam mysterium incarnationis, ut dicitur in articulo 6. quod quicquid creatur in articulo fidei inuenitur, potest considerari dupliciter. Primo, secundum

secundum, ut Dei, uel in Deo, uel ad Deum, & huiusmodi. Si loquamur de istis secundum se, sic nec ad fidei obiectum, nec ad beatitudinis obiectum spectant, quoniam Deus utriusque est obiectum formale, & materiale, ut in primo articulo dictum fuit. Si uero loquamur de istis, ut sunt Dei, sic cadunt sub obiecto, & actu beatifico, & similiter obiecto, & actu fidei.

li. c. 24. 25. & 26. tom 4.

maxilla, praebere ei & aliam, & in aliis consimilibus, ut Aug. exponit in lib. de sermone Domini in monte: ergo etiam non tenetur homo explicitè aliquid credere, sed sufficit quod habeat animi praeparatum ad credendum ea, quae a Deo proponuntur.

¶ 3. Praeterea. Bonum fidei in quadam obedientia consistit, sicut in illud Ro. 1. ad obediendum fidei in omnibus gentibus: sed ad uirtutem obedientiae non requiritur, quod homo aliqua determinata praecipua obseruet, sed sufficit quod habeat promptum animum ad credendum, sicut in illud Psal. 118. Paratus sum, & non sum turbatus ut custodiam mandata tua: ergo uideatur, quod etiam ad fidem sufficit, quod homo habeat promptum animum ad credendum ea, quae ei diuinitus proponuntur absque hoc, quod explicitè aliquid credat.

Sed contra est, quod dicitur ad Hebr. 11. Accedentem ad Deum oportet credere, quia est: & quod iniquitibus se, remunerator sit.

Respondeo. Dicendum, quod praecipua legis, quae homo tenet implere, dantur de actibus uirtutum, qui sunt uia perueniendi ad salutem. Ad autem uirtutis, sicut supra dictum est, sumitur secundum habitum ad obiectum. Sed in obiecto cuiuslibet uirtutis duo possunt considerari. Id quod proprie, & per se est obiectum uirtutis, quod necessarium est in omni actu uirtutis: & iterum id quod est per accidens, siue consequenter se habet ad propriam rationem obiecti, sicut ad obiectum fortitudinis proprie, & per se pertinet sustinere periculum mortis, & aggredi hostes cum periculo, propter bonum commune: sed quod homo armis, uel ense percutiat in bello iusto, aut aliquid huiusmodi faciat, reduciatur quidem ad obiectum fortitudinis, sed per accidens. Determinatio ergo uirtutis actus ad proprium, & per se obiectum uirtutis, est sub necessitate praecipua, sicut & ipse uirtutis actus: sed determinatio actus uirtutis ad ea quae accidentaliter, uel secundario se habent ad proprium, & per se uirtutis obiectum, non cadunt sub necessitate praecipua, nisi pro loco & tē-

ARTICULVS V.

Utrum homo tenetur ad credendum aliquid explicite.

Ad quintum sic proceditur. Videtur, quod non tenetur homo ad credendum aliquid explicite. Nullus enim tenetur ad id, quod non est in potestate: sed credere aliquid explicitum, non est in hominis potestate. Dicitur enim Roman. 10. Quomodo credent in illum, quem non audierunt? quomodo audient sine praedicante? quomodo autem praedicabunt nisi mittantur: ergo credere aliquid explicitum homo non tenetur.

¶ 2. Praeterea. Sicut per fidem ordinamur in Deum, ita etiam per charitatem: sed ad seruandum praecipua charitatis homo non tenetur, sed sufficit sola praeparatio animi, sicut patet in illo praecipuo Domini, quod ponit Mat. 23. Si quis percusserit te in una

2. q. 60. 61.

propositum, propter Scoti tamen uerba dicta.



Secunda Secunda S. Thomae. B 2 ¶ 54.

D. 506. q. 1. ar. 8.

D. 410.

Ma. c. 9. & 6. colligitur to. 7.

g. di. 25. q. 1. ar. 1. q. 2. 3. & 4. Et 4. di. 24. q. 1. ar. 1. q. 2. Et uer. q. 14. si. 11.

* Ar. p. 2c.

pore. Dicendum est ergo, quod fidei obiectum p se est id, per quod homo beat⁹ efficitur, ut supra dictum est. * Per accidens autem, aut secundario se habent ad obiectum uirtutis omnia, quae in sacra scriptura diuinitus tradita continentur, sicut quod Abraham habuit duos filios, quod Dauid fuit filius Isai, & alia huiusmodi. Quatum ergo ad prima credibilia, quae sunt articuli fidei, tenetur homo explicite credere, sicut & tenetur habere fidem. Quantum autem ad alia credibilia, non tenetur homo explicite credere, sed solum implicite, uel in preparatione animi, in quantum paratus est credere quicquid diuina scriptura continet: sed tunc solum huiusmodi tenetur explicite credere, quia hoc ei constiterit in doctrina fidei contineri.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod si in potestate hominis esse dicatur aliquid exclusio auxilio gratiae, sic ad multa tenetur homo, ad quae non potest sine gratia preparare, sicut ad diligendum Deum, & proximum: & similiter ad credendum articulos fidei. Sed tamen hoc potest cum auxilio gratiae: quod quidem auxilium quibuscumque diuinitus datur, misericorditer datur: quibus autem non datur, ex iustitia non datur in penam precedentis peccati, & saltem originalis peccati, ut Augustinus dicit in li. de correptione, & gratia.

AD SECUNDVM dicendum, quod homo tenetur ad determinate diligendum ea diligibilia, quae sunt proprie, & per se charitatis obiecta. scilicet Deus, & proximus: sed obiectio procedit de illis praecipuis charitatis, quae quasi consequenter pertinent ad obiectum charitatis.

AD TERTIVM dicendum, quod uirtus obedientiae proprie in uoluntate consistit: & ideo ad actum obedientiae sufficit promptitudo uoluntatis subiectae praecipienti, quae est proprie, & per se obiectum obedientiae: sed hoc praecipuum, uel illud, per accidens, uel consequenter se habet ad proprium, & per se obiectum obedientiae.

ARTICVLVS VI. *Super Questionis secundae articulum sextum.*

IN articulo sexto eiusdem questionis, nota in responsione ad secundum, qui in patria haereticorum, Christi partes agis, quod simplices ut mulieres, idiotae, & huiusmodi, si seducti errant absque pertinacia in subtilitatibus fidei, quod non incurrit haereticorum culpa, aut penas.

In responsione ad tertium eiusdem articuli nota duo. Primo, quod humana cognitio non est regula fidei, sed diuina doctrina: ac per hoc quamuis uniuersalis Ecclesiae cognitio fidei non possit errare, non tamen ipsa est fidei regula, sed doctrina diuina cui innotuit: & qui liber fidei siue maiorum, siue Ecclesiae

ARTICVLVS VI. *Utrum omnes equaliter teneantur ad habendum fidem explicitam.*

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, quod equaliter omnes teneantur ad habendum fidem explicitam. Ad eam. quae sunt de necessitate salutis, omnes tenentur, sicut patet de praecipuis charitatis: sed explicatio credendorum est de necessitate salutis, ut dictum est. ergo omnes equaliter tenentur ad explicite credendum.

¶ 2 Præ. Nullus debet examinari de eo, quod explicite credere non tenetur: sed quandoque simplices examinantur de minimis articulis fidei, ergo omnes tenentur explicite omnia credere.

¶ 3 Præ. Si minores non tenentur habere fidem explicitam, sed solum implicitam, oportet, quod habeant fidem implicitam in fide maiorum: sed hoc videtur periculosum, quia posset contingere, quod illi maiores errarent, ergo uel quod minores et debeant habere fidem

Explicitam. Sic ergo omnes equaliter tenentur ad explicite credendum. SED CONTRA est, quod dicitur Iob 1. quod boues arabum, & asinae pascebantur iuxta eos: quia uidelicet minores, quae significantur per asinos, debent in credendis coherere maioribus, qui per boues significantur, ut Gregorius exponit in 2. Moral.

RESPON. Dicendum, quod explicatio credendorum sit per reuelationem diuinam. Credibilia naturaliter rationem excedit. Reuelatio autem diuina ordine quodam ad inferiores peruenit per superiores, sicut ad homines per angelos: & ad inferiores angelos per superiores, ut patet per Dionysium in caelesti hierarchia. Et ideo pari ratione explicatio fidei oportet, quod perueniat ad inferiores homines per maiores: & ideo sicut superiores angeli, qui inferiores illuminant, habent pleniorum notitiam de rebus diuinis, quam inferiores, ut dicit Dionysius in 12. caelesti hierarchia etiam superiores homines, ad quos pertinet alios erudire, tenentur habere pleniorum notitiam de credendis, & magis explicite credere.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod explicatio credendorum non equaliter quantum ad omnes est de necessitate salutis, quia plura tenentur explicite credere maiores, qui habent officium alios instruendi, quam alii.

AD II. dicendum, quod simplices non sunt examinandi de subtilitatibus, quia habetur suspitio, quod sint ab haereticis, qui in his, quae ad subtilitatem fidei pertinent, fidem simplicium deprauare. Si tamen non pertinaciter per se doctrinam in talibus ex simplicitate deficiat, non est

AD TERTIVM dicendum, quod minores implicitam in fide maiorum: nisi quatenus haereticorum doctrinae diuinae. Vnde & Apollonius ad Cor. 4. Imitatores mei estote, sicut & ego sum. Vnde humana cognitio non fit regula fidei, sed diuina doctrina, quae si aliqui maiorum praedicatione praedicatione fidei simplicium, qui eos non habere credunt: nisi pertinaciter contra uniuersalem doctrinam particulari adhaerent contra uniuersalem doctrinam, quod non potest defecere, Domino dicente. Ego pro te rogavi Petre, ut non deficeret.

ARTICVLVS VII.

Utrum explicite credere mysterium incarnationis sit de necessitate salutis apud omnes.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur, quod explicite mysterium incarnationis non sit de necessitate salutis apud omnes, quia explicatio fidei fit per reuelationem, quae peruenit ad homines mediatis angelis